



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Poemata Ferdinandi Episcopi Monasteriensis Et Paderbornensis, S. R. I. Principis, Comitis Pymontani, Liberi Baronis De Furstenberg

Ferdinand <Paderborn, Bischof, II.>

Parisiis, 1684

Memoriae Nicolai Schaten e Societate Jesu, ... Inscriptum Fonti Perenni, in
Aedibus Rudolphi Langii ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-7748

ET PADERBORNENSIS POEMATA. 69
Nunc me quando solo Princeps evertit ab imo:
Tutior est patriæ quam fuit ante quies.

MEMORIÆ
NICOLAI SCHATEN
E SOCIETATE JESU,

*Annalium Paderbornensium, quibus universa Vestphalia qua ve-
terem qua recentem Historiam complexus est, Scriptoris Clarissimi
Neubusii sede Episcopi & Principis Paderbornensis IX. Kal.
Sept. an. M. DC. LXXVI. dysenteria lue extincti, ibidemque
in æde D.D. Henrico ac Cunigunde Augg. sacra sepulti.*

OCCIDIT Historiæ patriæ lux magna,
SCHATENUS,
Quam perfecturus, si licuisset, erat.
Invidit Lachesis: qua vitæ stamina rupit,
Historiæ filum rupit iniqua manu.
Non ideo tamen illa minus vulgata per orbem
Nomen ab æterna posteritate feret.
Quam dedit obscura rebus jam nocte sepultis,
Auctori vitam nobile reddet opus.

INSCRIPTUM
FONTI PERENNI,
IN ÆDIBUS RUDOLPHI LANGII
CANONICI OLIM MONASTERIENSIS,
POST RENATAS LITTERAS PRIMI VESTPHALIÆ POETÆ:
*quas modo Joannes Rotgerus Torckius Decanus Monasteriensis ge-
nere & ingenio aque nobilis inhabitat.*

NOBILIS incoluit vates has Langius ædes
Primus amor Musæ Vestphala terra tuæ.